Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



reflorueritis pro me sentire. sicut et sentiebatis occupati
enim eratis. ut et illorum culpas increpatio detergeret.
et horum negligentia sermo mollior uelaret. · VIIII ·
Aliter admonendi sunt proterui atq; aliter pusil
lanimes; Illi enim dum ualde de se presumunt. et
probrando ceteros dedignant. isti autem dum nimis infirm
tatis sue sunt conscii. plerumq; in desperationem cadunt;
Illi singularitatem summa estimant. cuncta que agunt. isti
despecta uehementer putant ea que faciunt. et iccirco
desperatione frangunt; Subtiliter itaq; abarguente
discutienda sunt opera proteruorum. ut in quo sibi placent.
ostendant quia deo displicent. Tunc enim proteruos
melius corrigimus. cum ea que bene egisse se credunt
male acta monstramus. ut unde adepta gloria creditur.
inde utilis confusio subsequatur. Nonnumquam uero
cum se uitium proteruie minime ppetrare cognoscunt.
compendiosius ad correctionem uenium. si alterius culpe
manifestioris et et latere requisite in ppetio confundunt.
ut erco quod defendere nequeunt. cognoscant se tenere
inprobe quod defendunt. Unde cum proterue paulus
corinthios aduersum se inuicem uideret inflatos. ut
alius apollo alius pauli alius cephe alius xpi esse se
diceret. Incestus culpam in medium deduxit. que apud
eos et perpetrata fuerat. et incorrecta remanebat dicens;